

EMBLEMA CLIII.

Non æqualiter fidendum omnibus.

CLIII.

Vultus non omnibus idem.

Quam diuersa gerunt varicos animantia vultus:

Tam nec habent hominum pectora pectus idem,
Sunt, quæis cum humanâ mentis concordia formâ

Est magna, & genius fraude, doloque carens.

Sunt, quos, versuto latitans sub pectore vulpes,

In quamuis faciem vertere corda, docet,

Sunt quorum genio formam tribuere leones,

Aut animi mordax finxerit ora canis;

Quid tigridum dentes, vrsos, rictusque lupinos,

Aut referam turpis sordida rostra suis?

Omnes, quas circes genuerunt pocula formas,

Diuerforum hominum corda, animique gerunt.